

DOMINICA RESURRECTIONIS  
AD VESPERAS



# DOMINICA RESURRECTIONIS

## Ad Vesperas

Super Ps.  
Ant. VIII a

Ange-lus autem Dó-mi-ni descéndit de cæ-lo: et  
accé-dens revólvit lá-pi-dem, et se-débat super e-um, al-  
le-lú-ia, alle-lú-ia. Ps. Di-xit Dó-minus. E u o u a e.

The image shows three staves of musical notation. The first staff is labeled 'Super Ps. Ant. VIII a'. The notes are square and placed on a four-line staff. The lyrics are written below the staves, aligned with the notes. The text is: 'Ange-lus autem Dó-mi-ni descéndit de cæ-lo: et accé-dens revólvit lá-pi-dem, et se-débat super e-um, al-le-lú-ia, alle-lú-ia. Ps. Di-xit Dó-minus. E u o u a e.'

¶ *Prædicta Antiphona et prædicti tres Psalmi dicantur quotidie ad Vesperas, usque ad sequens Sabbatum exclusive.*

### *Psalmus 109*

**D**ixit Dóminus Dómino meo: \* sede a dextris meis:  
Donec ponam inimicos tuos, \*  
scabellum pedum tuorum.  
Virgam virtutis tuæ emittet  
Dóminus ex Sion: \* dominare in  
medio inimicorum tuorum.  
Tecum principium in die vir-  
tutis tuæ in splendóribus sanctó-  
rum: \* ex útero ante lucíferum  
génui te.

Iurávit Dóminus, et non pæni-  
tébit eum: \* Tu es sacerdos in  
ætérnum secúndum ór-dinem  
Melchisedech.  
Dóminus a dextris tuis, \*  
confrégit in die iræ suæ reges.  
Iudicábit in natió-nibus implé-  
bit ruínas: \* conquassábit cápita  
in terra multórum.  
De torrén-te in via bibit: \*  
proptérea exaltábit caput.  
Glória Patri.

*Psalmus 110*

**C**onfitebor tibi, Dómine, in toto corde meo: \* in consílio iustórum, et congregátione.

Magna ópera Dómini: \* exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: \* et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: \* escam dedit tíméntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hereditátem Génitium: \* ópera mánuum eius veritas, et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sæculum sæculi, \* facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: \* mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: \* inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: \* laudátio eius manet in sæculum sæculi.

Glória Patri.

*Psalmus 111*

**B**eatus vir, qui timet Dóminum: \* in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: \* generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius: \* et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* miséricors, et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo, qui miserétur et cómodat, † dispónet sermónes suos in iudício: \* quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit iustus: \* ab auditióne mala non tímébit.

Parátumcor eius speráre in Dómíno, † confirmátum est cor eius: \* non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in sæculum sæculi: \* cornu eius exaltábitur in glória.

Peccator vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet, et tabéscet: \* desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

*Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque V. sed finita post Psalmos Antiphona incipiat a duobus, Choro prosequente:*

Ant.  
II



Hæc di- es, quam fe-cit Dó-  
minus: exsulté- mus,  
et læ- té- mur in e- a.

¶ *Et sic dicatur quotidie Ant. Hæc dies, usque ad Sabbatum exclusive; ita tamen quod in hac tantum die et in duobus sequentibus incipiat a duobus, in ceteris vero ab uno.*

*Ad Magn. Ant. IIIb*



Et respi-ci- én- tes vi- dérunt revo- lú- tum lá- pi- dem: e- rat quippe  
magnus valde, alle- lú- ia. *Cant.* Magní- ficat. E u o u a e.

**M**agnificat, \* ánima mea  
Dóminum

Et exsultávit spíritus meus \* in  
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem  
ancillæ suæ: \* ecce enim ex hoc  
beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui  
potens est: \* et sanctum nomen  
eius.

Et misericórdia eius a progé-  
nie in progénies \* timéntibus  
eum.

Fecit poténtiam in bráchio  
suo: \* dispérsit supérbos mente  
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et  
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum su-  
um, \* recordátus misericórdiæ  
suæ.

Sicut locúsus est ad patres  
nostros, \* Abraham, et sémini  
eius in sæcula.

Glória Patri


### Ad Processionem

*Hac die et duobus sequentibus post Orationem, quæ sequitur Anti-  
phonam ad Magnificat:*

Ant.  
II

Christus re-súr-gens ex mór-tu- is jam non  
mó-ri-tur, mors il-li ul- tra non domi-ná-  
bi-tur: \* Quod e- nim ví- vit, ví- vit De- o,  
al- le- lú- ia, al- le-lú- ia.

*Duo Fratres cantent* ☩.



Di-cant nunc Judæ- i, quó- modo mí- li- tes custo-



di- éntes se- púlcrum perdi- dé- runt Regem ad lá- pi- dis po-



si- ti- ó- nem. Qua- re non servábant Pe- tram ju-



stí- ti- æ? Aut sepúl- tum reddant, aut re- surgén- tem




adó- rent, nobíscum di- céntes: \* Quod.

☩. Dícite in natió-nibus, allelúia ☩

☩. Quia Dóminus regnávít a ligno, allelúia ☩

Ant.  
V



Re-gí-na cæ-li læ-tá- re, alle-lú-ia:



qui a quem me-ru-ísti por- tá-re,



al-le- lú-ia, re-surré- xit, sic-ut di-xit, al-le-



lú-ia. O-ra pro no-bis De-um, alle-



lú-ia

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix, allelúia ☩

Œ. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi, allelúia ☩

*Finita Oratione cantetur Benedícamus Dómino, cum duplici Alle-  
lúia, pag. 12.*



Bene-di-cámus Dómi-no, alle-lú-ia, alle- lú-ia.



De-o grá-ti-as, alle-lú-ia, alle- lú-ia.